

**Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas,
Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera**

Busaeus, Johannes

Mogvntiæ, M. DCVI.

18. In exaltat. S. Crucis. De Christi crucifixione. Luc. 12.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70978](#)

S IN
n eius om
angelis
n ruinas
e limbis
aliquant
eius parti
filium co
i. 4. om
ia ipsa pa
is ab om
ia patron
n peccat
quia spon
ndi, fem
ad cœlum
lla illa, d
a ex lacu
n Ecclesi
irgo gaudi
te enim
oster, q
ndens
m

FESTA TOTIVS ANNI. 183
IN EXALTAT. S. CRVCIS. 14. Se:
ptemb.

De crucifixione Christi. Ioan. 12.

Dixit Iesus turbis. Nunc iudicium est mun
di, nunc Princeps huius mundi ej citur
foras, & ego si exaltatus fuero à terra, omnia
traham ad meipsum. Considera summam
sapientiam & potentiam Dei, quod ea re,
qua nihil erat contemptus & infirmius in
mundo, nempe patibulo crucis, omnē po
tentiam diaboli principis mundi i.e. pec
catorum fregerit, & mundū totū à pecca
to & fauibus inferni & diaboli vindicau
rit, i.e. iudicando liberauerit: vt discas hu
militate & contemptu sui omnes tentati
ones dæmonis & mudi frangi. 2. Cōsidera
tantum esse beneficium nobis præstatum
p exaltationem Christi in crucem & mor
tem, tantamq; caritatem demonstratā, vt
non modo allici, sed etiam trahi quodam
modo, licet inuiti, in eius amorem debeat
mus. Et tanta est vis passionis, si serio per
pendatur, vt non tam moueat, quam im
pellat hominem peccatorem ad conue
sionem, & pœnitentiam, ac mortem eti
am, dum opus est, vt accidit martyribus,
libenti animo perfetendam.

M

Repons

2. Respondit turba, audiuimus ex lege, quod Christus manet in aeternum, & quomodo dicis. Oportet exaltari filium hominis? Considera turbam, id est, homines mundi, materialiumque rerum, ut opum, honorum voluptatum, & vitae carnalis amantes non intelligere, quae sunt spiritus Dei, paupertatem contemptum sui, passiones, mentes. & ideo non potuerunt capere hæc in Christum conuenire: at qui Christi sunt discipuli illi sciunt per paupertatem opprobriis & multas tribulationes perueniri ad venientes honorem, vitam ipsamque aeternam. Si enim granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, multum fructum affeneret. Sic Heraclius imperator hoc die, non cum gemmis & auro splendidus esset, sed cum vili habitu, nudisque pedibus induitus esset, meruit crucem ipsam Christi a Persecutore recuperatam, in montem Calvariae, transire.

2. Adhuc modicum lumen in vobis est. Ambulate dum lucem habetis. ut non vestimenta comprehendant, & qui ambulat in tenebris, nescit quo vadat. Considera modicum lumen in iis esse, qui non cum Apostolo 1 Cor. 2. Paulo dicere possunt. Non iudicauimus similes, quam Iesum & hunc crucifixum. sicut

magis

modicum erat in dicta turba, quomodo enim sequetur Christum clamantem. Qui vult venire post me, abneget semetipsum, tollat crucem suam, & sequatur me: Ideo solere nos frontem, totumq; corpus s^ep^t insignire cruce, ut hoc lumen in omnia actione nostra preferatur: alioqui enim facile nos tenebræ, & tenebrarum Princeps suis tentationum laqueis esset comprehensus.

INFESTO S. MATTHÆIA-
POSTOLI. ptemb.

De eius vocatione ad Christum.

Matth. 9,

Iesus videns Mattheum sedentem in telone, ait: Sequere me, & surgens secutus est eum. Considera potentiam & clementiam eximiam Dei, quod hominem immersum peccatis, & huius mundi curis, (vt sunt telonarii) dignetur extrahare tam subito ex peccatorum lato, & ad summam vitae Apostolicæ perfectionem vocare, ab uno extremitate ad alterum: ut discas, nullum esse peccatum vel imperfectionem, nullum etiam peccati statum, ex quo Deus, si eum videntem sequi velis, non possit velitque te

M. E. CXXII